



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola LI. Ioannis Papae VIII. Ad Pvlcharim Praefectvrivm. Eiusdem  
argumenti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

## EPISTOLA LI.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD PVLCHARIM PRÆFECTVRIVM.

Eiusdem argumenti.

*Ioannes episcopus Pulchari præfeturio.*

1. Cor. 9.

**S**i vere vtique magister militum pactum Sarracenorum proposuit rumpere, hortamur vt Traiectum cum inclyto socero tuo adeas, vbi quoque & nostra reperta præsentia, quidquid rationabiliter queritur, quidquid necessarium, seu possibile postulatur, gratantissime confessim admittet: sed & ampliora facere nullomodo recusabimus, vt omnes, secundum Apostolum, lucrifacere valeamus. In quo industria tua tanto sollicitius elaboret, quanto liquidius sibi per hoc cælestè præmium a Domino Deo tribui non ignorat. Alioquin aduersus eum, quæ digne possumus agere, indubitabiliter & indifferenter exercere, Christo propitio, nullatenus omittemus. Data i. v. Kalendas Maii, indictione x.

## EPISTOLA LII.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD GVAIFERIVM PRINCIPEM SALERNITANVM.

Eiusdem argumenti.

*Ioannes episcopus Guaiferio principi Salernitano.*

**Q**VIA Neapolitanorum ducis legatos secundum ipsius & vestra scripta præstolati, nec contemplati sumus, iterato excellentiae tuæ scribere cogimur, vt illum a perfidis separatum, piis sanctæ matris ecclesiæ gremiis restituamus. In quo quia iam plurimum laborasti, industriam tuam item itemque laborare fine tenus exhortamur. Quod si iniquam colligationem statim dirumpere præparatur, cum hoc certissime scierimus, per nos metipos ad Traiectum properabimus, & hoc quod queritur, & quodve iam promisum est, etiam amplius libentissime largiemur, clariori dumtaxat certitudine, ac fidei veritate inter utramque partem composita; vbi quoque tuam sanctissimique Landulfi antistitis, & prædicti ducis, nec non & Pulcharis glo-